

äußere Varianten sowie offenbare Entstellungen des Textes nicht berücksichtigt. Zugrunde gelegt ist V, dessen Text jedoch an einigen Stellen verbessert werden muß. Die Schreibweise dieser Handschrift ist beibehalten; kleine Eigenwilligkeiten (z. B. incongruē u. ä. als Abl., agnosentium, ausossque, rennuere, inbriaui) sind stillschweigend beseitigt.

Die Überschrift beider Kapitel lautet:

Ex gestis sancti Bonifatii martyris et<sup>a)</sup> archiepiscopi, legati<sup>b)</sup> Romanę ecclesię.

*Humbertus: De sancta Romana ecclesia.*

FRAGMENTUM A.<sup>a)</sup>

Sancta Romana et<sup>b)</sup> apostolica<sup>b)</sup> ecclesia priuilegio specialis<sup>c)</sup> auctoritatis diuinitus et humanitus<sup>1)</sup> caput omnium ecclesiarum post Christum Ihesum effecta secundum antistitis uel rectoris sui qualitatem et ualitudinem afficit totius Christianitatis membra, ut illius incolunitati sua respondeant incolunitate et congaudeant et nihilominus eius languoribus suo languore consentiant; et sicut eius gloria iuxta apostolum conglorificantur, sic eius deiectione deiciuntur, ut illud profeticum in eo precipue compleri deprehendatur: *Omne caput languidum et omne cor merens; a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas.* Et reuera tanta reuerentia apicem pfectę<sup>d)</sup> apostolicę sedis omnes suspiciunt<sup>e)</sup>, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam et antiquam Christianę religionis institutionem magis ab ore presessoris<sup>f)</sup> eius, quam a sacris paginis et paternis traditionibus<sup>2)</sup> expectant.<sup>3)</sup> Illius uelle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam conuersionem et ipsi remittant aut intendant. Quodsi, ut summopere sibi et omnibus expedit, zelo domus Dei<sup>3)</sup> sine intermissione tabescens, fidelis dispensator et prudens<sup>4)</sup> existens, deo et hominibus opere et sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, ut uere fatear, uniuersum pene mundum secum attonitum et sollicitum post Deum currere facit, ex utroque sexu populos diuersę professionis, condicionis et etatis cateruatim domino suo super omnia bona ipsis constituendus ducit. Si<sup>h)</sup> uero<sup>i)</sup> suę et fraternę salutis

a) sancti in V bei *Fragm. B.* b) legati sanctę in P bei *Fragm. A.*  
 a) in V, P und F, teilweise in B und R I vorhanden. b) fehlt F. c) specialis et V. d) pfectę ciuitatis P. e) suscipiunt F. f) praecessoris F. g) expetant F.  
 h) hier beginnen B, R I. i) papa B, R I.

1) D. h. sowohl durch Matth. 16, 18 wie durch die Konstantinische Schenkung.  
 2) Gal. 1, 14: paternarum meorum traditionum; vgl. auch 1. Petr. 1, 18.  
 3) Ps. 68, 10 (Joh. 2, 17): zelus domus tuae.  
 4) Luc. 12, 42: fidelis dispensator et prudens.

neglegens, deprehenditur<sup>k)</sup> inutilis et remissus in operibus suis<sup>1)</sup> et insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi et omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim<sup>l)</sup> secum ducit primo mancipio gehennę cum ipso plagis multis in eternum uapulaturus. Cuius<sup>m)</sup> culpas<sup>n)</sup> istic redarguere presumit mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est<sup>o)</sup> iudicandus<sup>2)</sup>, nisi forte<sup>p)</sup> deprehendatur a fide deius. Pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolunitate animaduertunt propensius pendere<sup>q)</sup>. Saluo enim diuine omnipotentię misterio, ut dignum est, loco ab ipsa secundo illud beati Iob<sup>r)</sup> non incongrue aptari sanctę Romanę ecclesię potest: *Si destruxerit, nemo est, qui edificet. Et si incluserit hominem<sup>s)</sup>, nullus est, qui aperiat ei. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Et si emiserit eas<sup>t)</sup>, subuertent terram.<sup>u)</sup>* Nec inmerito cum ipsa specialius in Petro cęli<sup>v)</sup> terreque retinet habenas; hęc cum omnium fidelium in Christo specialis<sup>w)</sup> sit mater, nemo debet rennuere illius feriri disciplina uel emendari censura, iuxta illa proueria Salomonis: *Ne dimittas legem matris tuę, liga eam in corde tuo iugiter. Qui enim abicit disciplinam, infelix est et stultus homo despicit matrem suam.* Et rursum: *Est maledictus a Deo, qui exasperat matrem, et maledictio matris eradicat fundamenta.* Illa utique, quę arrogant<sup>y)</sup> diuisa a sede illius, cui diuinitus<sup>z)</sup> dictum est: *Tu es Petrus, et per<sup>α)</sup> hanc petram hedificabo ecclesiam meam,* et super arenam concupiscentię carnalis seu humanę presumptionis probantur posita. Cursus enim<sup>β)</sup> riui minime prosperatur, si a suo fonte diuiditur.<sup>β)</sup><sup>3)</sup>

FRAGMENTUM B.<sup>a)</sup>

Sancta Romana ecclesia et reueranda et amanda est, non quia Roma fundata est super arenam<sup>4)</sup> per Romulum et Remum, profana<sup>b)</sup> sacerdote<sup>c)</sup> et quo nescitur sacrilego editos, set quia hedificata<sup>d)</sup> est super Christum petram<sup>e)</sup><sup>5)</sup> per Petrum et Paulum.<sup>6)</sup> Nec quia illius

k) reprehenditur B, R I. l) cateruatim V. m) Huius B, R I. n) palmas V.  
 o) esto B. p) fehlt B, R I. q) Schluß von B, R I. r) fehlt V. s) homines P.  
 t) eam V. u) in terram V. v) cęlo P. w) spiritualis F. x) rursus F.  
 y) arroganter P. z) fehlt V. α) super F. β) diuidatur F.  
 a) in V, P und R vorhanden. b) profano R. c) sacerdotia R. d) fundata R. e) so P, R (wo Christum, nicht Christi steht, wie Wolf v. Glanvell angibt), petram fehlt V; vgl. Anm. 5.

1) Ecclus 4, 34: inutilis et remissus in operibus tuis.  
 2) 1. Cor. 2, 15: Spirituales autem iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur; zu dieser Stelle s. oben S. 126.  
 3) Zu diesem Bilde: rivus-fons vgl. Michel a. a. O. S. 119.  
 4) Matth. 7, 26: qui aedificat domum suam super arenam.  
 5) 1. Cor. 10, 4: . . . petra autem erat Christus.  
 6) Matth. 16, 18: super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri,<sup>1)</sup>

set quia postmodum fraterno agone<sup>2)</sup> fuerunt purificati, cruce uidelicet Petri et sanguine Pauli, quos eadem fides<sup>3)</sup> et deuotio ac unius eiusdemque diei<sup>4)</sup> passio uere germanos et<sup>5)</sup> per omnia concordēs ad dominum uirtutum<sup>6)</sup> pariter subuexit, cum spurios illos discordes perfidia et superbia ad fratricidium<sup>7)</sup> detraxerit<sup>8)</sup> Nec quia habuit infame asylum<sup>9)</sup> flagitiosorum crimina sua defendentium, non agnoscentium, set quia post Deum facta est laudabile lapsorum refugium, lapsus suos humiliter accusantium et scelera precordialiter effugere querentium. Nec quia instituit senatum et curiam ciuilem et quoddam uelamen suę malitię uanam<sup>10)</sup> libertatem<sup>11)</sup>, set quia actenus sancit catholicam disciplinam et deligit ecclesiasticorum officiorum ordinarias dignitates decernitque generales et speciales uniuersitati christiane leges diuini famulatus ad ueram libertatem glorię filiorum Dei.<sup>12)</sup>

Nec quia produxit Decios natumque patremque  
Lustrales<sup>13)</sup> bellis animas acremque Camillum  
Et Curios, Syllam<sup>14)</sup> uel<sup>15)</sup> nomina uana Catones,  
Paulos et<sup>16)</sup> Brutos et popularia<sup>17)</sup> nomina Drusos,  
Legibus inmodicos ausosque ingentia Gracchos,  
Marcellos Mariosque truces nudosque Cethegos,<sup>18)</sup>

f) amore R. g) fide R. h) die V. i) fehlt R. k) fratricidia R. l) so P, R gemäß cum *aduersativum*; detraxit V. wofür die *Reimprosa spräche*. m) unam V. n) lustralis R, vgl. Anm. 7. o) so P, Sillam V, R.; vgl. Anmerk. 7: Sullam. p) et (nicht ut wie W. v. G.) R. q) fehlt V, R. r) pluralia R. s) uariosque V, vgl. Anm. 7.

1) Lucanus, Pharsalia lib. I v. 95:

Fraterno primi maduerunt sanguine muri  
(dieselbe Stelle in ähnlichem Zusammenhang benutzt von Augustinus, De civ. Dei lib. XV, 5).

2) So nach der Legende, vgl. die Nachweise bei Migne, Patrol. lat. 68 S. 245 f. Diese findet sich auch in der Gestalt einer Homilie des H. Maximus von Turin in den zur Zeit Leos IX. zusammengestellten „*Diversorum sententiae patrum*“ c. 23, s. P. Fournier, Le premier manuel canonique de la réforme du XI<sup>e</sup> siècle in: *Mélanges d'arch. et d'hist.* XIV (1894) S. 158.

3) Psalm 23, 10 usw. usw.: dominus virtutum.

4) Vgl. Lucanus, Pharsalia lib. I v. 97 (vgl. dazu oben Anm. 1):  
... exiguum dominos commisit asylum.

5) 1. Petr. 2, 16: et non quasi uelamen habentes malitię libertatem.

6) Rom. 8, 21: in libertatem glorię filiorum Dei.

7) Frei nach Lucanus, Pharsalia lib. VI v. 785 ff.:

... uidi Decios, natumque patremque,  
Lustrales bellis animas, flentemque Camillum  
Et Curios, Sullam de te, Fortuna, querentem.  
Deplorat Libycis perituram Scipio terris  
Infaustam sobolem; maior Carthaginis hostis  
Non seruituri maeret Cato fata nepotis.

set quia patronos sibi<sup>1)</sup> post Petrum et Paulum uendicat<sup>2)</sup> Clementem, Xistum, Laurentium, Cornelium, Pancratium, Siluestrum, Damasum, Celestinum, Leones, Gregorios, Bonifatios, Stephanos, Agathonem, Adrianum, Nycolaum<sup>3)</sup>, alios quoque utriusque sexus martyrum<sup>4)</sup> et confessorum<sup>5)</sup> innumerabiles populos iuuenum scilicet ac uirginum, senum atque iuniorum. Equidem illorum improbitate insanaque patientia ius suę potentię terra marique protulit.<sup>6)</sup> Illorum uero modestia et salutari disciplina non solum orbem terrarum regit, uerum et ipsum<sup>7)</sup> celorum regnum sibi presumit, cui uiolentiam inferre non desinit; hæc etsi ex tyrannis et principibus suis Babilon magna mater fornicationum et abominationum terre<sup>8)</sup> notari meruit: in ea tamen princeps apostolorum Petrus aecclesiam esse electam asserit<sup>9)</sup>; hæc etsi meretrix magna<sup>10)</sup> prius et ebria sanguine martyrum Ihesu<sup>11)</sup> de uino prostitutionis suę<sup>12)</sup>, idest idolatrię, potauit et inebriauit omnes gentes<sup>13)</sup> calice aureo<sup>14)</sup>, eloquentia scilicet seculari atque potentia: tamen postmodum desponsata uni uiro Christo uirginem castam seipsam exhibet<sup>15)</sup> atque ab ipso<sup>16)</sup> introducta in cellam uinariam<sup>17)</sup> omnibus gentibus, quam<sup>18)</sup> preclaro<sup>19)</sup> salutifere con-

t) sibi uendicat post R. u) fehlt R, vgl. Note 1. v) mar(tyres) et confessores R (dahinter kein et, wie W. v. G. angibt). w) ipsorum R. x) ipsa R. y) tam R. z) prelato R.

Solum te, consul depulsis prime tyrannis,  
Brute, pias inter gaudentem uidimus umbras.  
Abruptis Catilina minax fractisque catenis  
Exultat Mariique truces nudique Cethegi.  
Vidi ego laetantis, popularia nomina, Drusos,  
Legibus inmodicos ausosque ingentia Gracchos.

mit Einschub von lib. I v. 313;

Marcellusque loquax et, nomina uana, Catones.

1) Zu dieser Namenliste Römischer Päpste und Heiligen aus dem I.—IX. Jahrh. s. oben S. 121 A. 9.

2) Leo I., Sermo 82 c. 1 (Migne, Patrol. lat. 54 S. 423): *Quamvis enim multis auctas uictorii ius imperii tui [sc. Romae] terra marique protuleris, minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit quam quod pax Christiana subiecit. Die sonstigen Behauptungen dieses Fragments mit Leos Homilie sind oben I S. 243 kenntlich gemacht.*

3) Apoc. 17, 5: Babylon magna mater fornicationum et abominationum terrae.

4) 1. Petr. 5, 13: ecclesia, quae est in Babylone coelecta.

5) Apoc. 17, 1: damnationem meretricis magnae.

6) Ebd. 17, 6: Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martyrum Jesu.

7) Ebd. 17, 2: de uino prostitutionis eius [sc. mulieris inebriatae].

8) Ebd. 14, 8: quae a uino irae fornicationis suae potauit omnes gentes.

9) Ebd. 17, 4: Et mulier . . . habens poculum aureum . . . und Jer. 51, 7: Calix aureus Babylon . . . inebrians omnem terram, de uino eius biberunt gentes . . .

10) 2. Cor. 11, 2: Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.

11) Cant. 2, 4: introduxit me in cellam uinariam.

fessionis poculo musta<sup>a)</sup> 1) nouę gratie ac uina ueteris acrimonie profert, quibus ipsa debriata debriare querit omnes. Nec solum suę septicollis arcis<sup>b)</sup> 2) moenia subuersis delubris demonum figmentis et geniis<sup>c)</sup> insigniit Ihesu domini cruce sanctorumque basilicis, yconis et tytulis: uerum et plenitudinem orbis. 3) Quę non tam ciuitas hominum quam martyrum dicenda est<sup>d)</sup> cymiterium. In qua aut nil aut minimum soli constat, quod sanctorum cruor inficiendo non possideat.

Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,  
Turres et criptas circum madidasque popinas,  
Arcus et pontes, pomeria, rostra forumque  
Cum portis, domibus, thermis stabulisque cloacis.<sup>4)</sup>

Sic sanguine piorum, quem impia quondam et crudelis passim uelut aquam effudit<sup>5)</sup>, nunc<sup>e)</sup> pia et mitis ad tutelam sui uenerata suspicit.<sup>f)</sup> Et quid plura?

Hęc regnum terris et famam terminat astris.<sup>6)</sup>

Cui non prius<sup>g)</sup> terrenum regnum quam cęleste successit. Postquam enim lapis ille reprobatus<sup>7)</sup> et probatus<sup>8)</sup>, abscisus de monte sine manibus<sup>9)</sup>, regnum Romanorum et in ipso Gręcorum, Persarum et Babilo-

a) mista R. b) artis R. c) genus P, R. d) fehlt P. e) et tunc R. f) so P, R; suscipit V; vgl.: apicem prefatę apostolicę sedes omnes suspiciunt in *Fragm. A* (nach dem 1. Spruch). g) so P, R; plus V.

1) Ebd. 8, 2: dabo tibi . . . mustum malorum granatorum meorum; vgl. auch Act. 2, 13: Quia musto pleni sunt isti.

2) Vgl. Prudentius, Peristephanon X v. 413 (Aurelii Prudentii Clementis Carmina rec. J. Bergman, Wien-Leipz. 1926, Corp. script. eccl. lat. LXI, S. 385): . . . arcem septicollem [sc. Romam].

3) Psalm. 49, 12: . . . orbis terrae et plenitudo eius.

4) Vgl. Prudentius, Hamartigenia v. 760—63 (a. a. O. S. 156):

et mores populi, tabularia, iura forumque,  
balnea, propolas, meritoria, templa, theatra  
et circum cum plebe sua madidasque popinas.

und ders., Contra Symmachum v. 446 (ebd. S. 262):

cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis.

5) Apoc. 16, 6: quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt . . ., digni enim sunt.

6) Vergil, Aen. lib. I v. 287:

imperium Oceano, famam qui terminat astris.

7) Matth. 21, 42: Lapidem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli; auch Marc. 12, 10; Luc. 20, 17; Act. 4, 11; 1. Petr. 2, 7.

8) Isai. 28, 16: ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum.

9) Dan. 2, 34: abscisus est lapis de monte sine manibus.

niorum, quę<sup>h)</sup> in Danihele bestiis<sup>i)</sup> crudelibus<sup>1)</sup> et statuę corruptibilium metallorum<sup>2)</sup> ad demonstrationem principis huius mundi<sup>3)</sup> in eis tunc regnantis<sup>h)</sup>, contriuit<sup>k)</sup> funditus et in fundamento apostolicę fidei fundatus<sup>4)</sup> impleuit uniuersam terram, mons magnus est<sup>l)</sup> factus<sup>5)</sup>; fecit nos ex omni tribu et lingua et populo et natione regnum et sacerdotes Deo nostro regnare<sup>m)</sup> super terram<sup>n)</sup> 6), ut iam non regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius<sup>7)</sup>, set iustitia sempiterna, quę est Christus, per fidem habitet atque regnet in nostris<sup>o)</sup> cordibus<sup>8)</sup> 9) nosque cum eo perpetuo regnemus.<sup>9)</sup>

h) im folgenden Textverderbnis in allen Hss., die vielleicht durch Einschub eines Verbums wie: respondent hinter: regnantis zu beheben ist. i) bestiis et R. k) so P, R; contritum V. l) factus est et R. m) fehlt V. n) so P, R; terra V; vgl. Anm. 6. o) cordibus nostris R.

1) Dan. 6, 16 ff.

2) Ebd. 2, 31 ff.

3) Joh. 12, 31; 26, 11 usw.: princeps huius mundi.

4) S. oben S. 132 Anm. 8.

5) Dan. 2, 35: Lapis autem . . . factus est mons magnus et implevit uniuersam terram.

6) Apoc. 5, 9—10: redemisti nos . . . ex omni tribu et lingua et populo et natione; et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram.

7) Rom. 6, 12: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

8) Eph. 3, 17: Christum habitare per fidem in cordibus uestris.

9) 2. Tim. 2, 12: et conregnabimus und Sap. 2, 22: . . . ut in perpetuum regnetis.